



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

65. An quando proceditur via denunciationis judicialis in delictis  
tendentibus in damnum communitatis sit præmittenda fraterna correctio?  
Et an in dicto casu sit contra justitiam, & charitatem non ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

# De Correctione Fraterna. Ref. LXIV. &c. 319

propter perseverantiam amissit ius ad famam; quod procedit, etiamsi delinquens sit indignandus; nam prior est ratio patientis iniuriam, quam inferentis. Ita Trullench; cui adde Sanchez in Opuscul. tom. 2. lib. 6. cap. 2. dub. 4. n. 9. sic afferenteri. Quando peccatum occulente est in damnum tertia persona privatuta, & damnum in futurum penderet, ut si paretur mors, &c. vel si secretò noui latronem, qui furatus est bona proximi, &c. tunc teneor secretò corrigeret, viceretur, vel cetera voluntate occidendi, si est spes certa, quod cessabat a damno; si minus, teneor Superiori denunciare, si absque meo decreto polatum. Ratio, quia teneor proximum liberare a periculo, si possum, & licet sequatur damnum peccantis, melior est conditio patientis iniuriam. Ita Sanchez, qui citat Sotum.

2. Vide etiam circa praesentem Questionem Villobos in Summa tom. 2. tract. 4. difficult. 12. numer. 1. In Illiucum tom. 2. tract. 28. cap. 7. numer. 149. Coninch disf. 28. de Charitat. dub. 8. num. 147. & 148. & Cattrum Palaum tom. 1. tract. 6. disf. 3. punct. 1. 3. num. 7. qui obseruat magnam esse differentiationem inter peccata ova: solum peccanti documentum afferunt, & inter illa, quæ alii nocent. In peccatis enim foliis peccanti damnificantibus, sufficit probabilitas spes, seu non desperatio fructus, ut correctio secreta debet ex precepto divino præmitti. At in peccatis damnum tertio afferentibus requiritur mora, & cernipulo, seu spes certissima de correctione, & deputatione omnium dannorum, que timentur. Quid etiam docet Suarez de Charitate disputat. 8. sect. 6. num. 6.

## RESOL. LXIV.

*An quando præmittitur correctio fraterna in delicto vergente in damnum tertii, & periculum non sit in morsa, & speretur correctio, quis peccati contra iustitiam crimen tunc aperiendo?* Ex p. 7. tr. 3.

Res. 5. 2.

§. 1. R epondet affirmativè Lessius lib. 2. cap. 14. dub. 9. num. 62. ubi sic ait. Si ad auerendum damnum tertii non est necesse crimen alterius patescere, sed superest alia via commodior, seu minus noxia, v. g. per fraternalm correptionem, & non possum aperire: similiter, si nihil iuvaret ad damnum auerendum. Prior pars patet; quia est contra charitatem: tenetur enim minimum lèdere proximum quantum fieri potest, tum in illo curando, tum in malis ab illo prouenientibus auertendis.

2. Sed difficultas est, an sit contra iustitiam; crimen unde aperiere? Videri possit non esse; quia nemmo habet ius ad famam, per quam alii nocere patet; seu per quam tribuit ei probitas vel peritia cuius simulatione alii esset nocturis. Vnde etiam nemmo potest conqueri, sibi factam iniuriam, quod illis sui defectus sunt patet, sed sibi id imputare debet; vt qui per hanc famam alii nocebat. Deinde, quia potest quis interdum habere ius in famam & vitam alterius, etiam si malum aliter auerti possit; vt si inuidat, & possit fugere; non enim ex iustitia tenebris fugere, vt supra oftenim est. Sic si acculeris iniuste, & possis evadere vel exceptione fori, vel exceptione contra accusatorem, pandendo crimina eius occulta, non facis illi iniuriam, si pandas. Nil hiluminus altera sententia est communior, præstet si ille alioquin erat bona fama. Ita Lessius, cui etiam ade Sayrum in clavi Regia, lib. 11. cap. 4. num. 6. dum allei contra facientem peccare iniuste, famam pro-

ximi laedendo, sicut Medicus, at, qui sanare potest absque ablatione membra, iniuriam facere abscondendo illud, & consequenter teneretur ad restituitionem.

3. Verum exemplum illius non venit ad rem, quia Medicus ex officio & ex iustitia tenet curare quam minimo damno potest propter stipendum sibi datum; ite vero ex charitate tantum monere. Quamobrem dicendum est, peccare solum contra charitatem, non contra iustitiam illum qui prætermisit hac correctione fraterna, dum utilis speatur, & non periculum in morsa, crimen verum, sed occultum alteri nocium statim manifestat, & consequenter ad restituitionem non tenetur. Ratio est, quia nemo tenetur ex iustitia confugere ad faciliorum modum, sed tenetur tantum ex charitate facere; ergo non peccabit contra iustitiam, si istud medium relinquit, & illud affutum, & consequenter dico contra Lessium, unumquemque hominum ius habere ad manifestandum peccatum proximi nocuum alteri, ut hoc documentum impedit: cum enim nemo habeat ius ad nocendum alteri, consequenter non habet ius ad famam, per quam alteri nocere patet: unde ei non fit iniuria, nec iusse queri potest, quod sibi iniustè fama auferatur, sed solum quod sibi illicitè, & prætermisso facilitiore media Christo Domino reliquo auferatur, cum damno proximi alio modo posset obuiare. Et hanc sententiam tenet Fagundez in Decalogum tom. 2. lib. 8. cap. 6. n. 6.

## RESOL. LXV.

*An quando proceditur via denunciationis iudicialis in delictis tendentibus in damnum communis, si præmittenda fraterna correctio?*

*Et an in dicto casu sit contra iustitiam, & Charitatem non præmittere correctionem fraternalam?*

*Et notatur, quod est magnum discrimen inter hec criminis, quando sunt omnia occulta, & improbabilia, & quando sunt occulta probabilia tamen.*

*Etiamque adiungitur delicta pertinentia ad S. Officium esse denuncianda, etiam si sunt occulta, & probari non possint. Ex parti. 7. tractat. 3. Resolut. 5. 5.*

§. 1. R espondeo, quod si per monitionem secretam delinquenti, vel alteri tertio factam sufficienter intelligitur damnum imminens reparari, clarum est non habere locum iudiciale denunciationem: hacten enim solum apponi potest in praesenti ad impediendum damnum tertij, vel communis. Si ergo hoc impeditur sufficienter medio alio non ita nocuo, & infamatorio delinquentis, illud medium debet apponi, & denunciatio iudicialis omitti; debet enim proximus mederi minori damno, quo potest: excipiendum tamen est crimen hæresis ob ea que ibi diximus.

2. At si præsumitur delinquens non corrigendus per secretam monitionem illi vel tertio, cui damnum parat, factam, plures Doctores videtur affidare non posse ad denunciationem iudiciale deuenire, sed debere dicere Praelato, vt Patri, vel aliis, & obleruent & possint esse testes in iudicio: ita Durandus in 4. disf. 19. quest. 4. Soto de secreto memb. 2. quest. 4. cor. 2. expref. e Nauaralib. 3. de restit. cap. 2. num. 3. 6. 8. in 2. edit. Henr. alii relatis, lib. 1. 1. de excommunicat. cap. 18. num. 3. Emanuel Sà verbo censura, num. 3. & in edit. Romana verbo correctio.

Ad elucidādam doctrinam huius Ref. lege dux præcedentes Res.

Dd 4 num.

num. 5. & verb. denunciat. Suar. de Char. disput. 8.  
sect. 7. numer. 6. fine, loquens de delictis, quæ ce-  
dunt in commune damnum dicit: si occulta penitus  
sunt, hoc est, si nullus alius prater te sciat, superio-  
rem esse admonendum, ut vigilat. Infurit ergo non  
esse a monendum, ut possit iudicare.

3. Ratio horum Doctorum ea est, quia non po-  
test esse iudicium sine sufficiente probatione. Ego  
vbi hæc est impossibilis & cessat obligatio denuncian-  
di, qua ad iudicium complendum ordinatur. Neque  
obstat videtur aduersus hanc doctrinam vius Præla-  
torum peccatum omnino occulta sibi denunciare præ-  
cipientium, vbi certum est non præcipi denunciatio-  
nem pa. etiam, sed iudiciale, siquidem coram se-  
cretario, & propria manu signatur denunciatio, &  
illa facta sine villa correptione secreta. Fiscalis accusat,  
& denunciantem, v. testem præsentat, & delinquens  
capitur, & punitur. Non, inquam, obstat hic vius,  
nam Prælati procedunt via inquisitionis generalis, ip-  
se autem denunciant debet videre quæ denunciare  
debet Prælato; non enim iudices limites charitatis  
fraternalis in illis casibus, in quibus ipsa oblig. trans-  
grexi intidunt: neque peccata, quæ probabilita non  
lunt, sed penitus occulta volunt ad suum tribunal  
deferriri, ut optimè dixit D. Th. 2. 2. quæst. 3. art. 7.  
ad 5. Talius enim peccatorum dum probabilita  
non sunt, solùm est iudex ipse Deus, cui omnia sunt  
manifesta.

4. Sed proslus ego teneo negatiuam sententiam,  
quam tuetur doctus, & nunquam s. tñ laudatus P.  
Galpar. Hurtadus tract. de indic. forensi, disput. 2. diffi-  
cult. 4. vbi sic ait: Valentia vero disput. 5. quæst. 1. 2.  
punct. 1. Azor. 3. part. lib. 1. cap. 3. dub. 3. Angles  
de corrept. artio. 2. difficult. 2. & Bonacina disp. 10.  
quæst. 3. punct. 1. docent, & meritò etiam quando  
peccata sunt occulta posse fieri delationem iudica-  
lem, eti. non præcedat monitio, quamvis ea mo-  
nitio effet obviandum peccato, & eius noucumen-  
to, & id probable exsistat Petr. Nauarr. lib. 2. c. 4.  
num. 257.

5. Et in primis, quod id possit fieri absque iniu-  
stitia contra peccatorem, in quo nobiscum conve-  
niunt Petrus Nauar. Salón. & Less. probatur, quia  
licentia naturalis, quæ vincuicè inest ad iuridicē  
referendum peccatum, non solùm est ob emenda-  
tionem peccati, & ob obviandum damno illius, sed  
etiam ob bonum Reipublicæ, nempe ob punitionem  
iuridicam, quæ est maximè expediens Reipu-  
blicæ, ergo quamvis peccatum emendandum effet,  
& obviandum damno illius, secreta monitione, etiam  
superest alia legitima causa, ut absque iniustitia con-  
tra peccatorem fiat iuridica delatio absque prævia  
secreta monitione, ut nempe peccatum commissum  
puniatur, in terrorem saltem aliorum.

6. Et quod id non sit contra charitatem proba-  
tur, quia punitio, & etiam infamia criminosi, ma-  
xime compensatur promotione boni communis  
proveniente ex delatione iuridica quod absque la-  
tione charitatis, & misericordia erga peccatorem  
anteponi potest impunitati, & fama ipsius, qui lib-  
erè deliquit: præfertim quod non est peccatum ali-  
quod commissionis contra charitatem, nisi fiat ex  
odio personæ.

7. Ex quo constat id non esse contra iustitiam,  
neque contra charitatem, & quamvis ad Euangeli-  
can, seu paternam delationem, quæ minus nociva  
est peccatori, quam judicialis, debet ex iustitia. &  
ex charitate, vel ex misericordia præmitti secreta  
monitio in peccatis occulis, & ex charitate, vel ex  
misericordia in publicis, ut si ea monitione emen-  
dandus si peccator, nequit paternè denunciare, non  
tanen præmiti debet ad denunciationem iudicia-

lem, quia hæc ordinatur ad publicam vindictam, sed  
punitionem maxime expedientem Reipublicæ, qæ  
ob hanc conuenientiam potest anteponi impunitati  
& fama peccatoris; paterna verò, seu Euangeli-  
canum ordinatur ad emendationem peccatoris, &  
ideo quando fieri potest hac emendatio secreta no-  
tione ab' que infamia peccatoris apud superiorum,  
nequit saltem absque iniustitia ei deferri, ne apud  
ipsum infametur, sed tantum est secretum monendum.  
Hucvisque Hurtad. Compli. cui præter Doctorum  
ab ipso citatos, addit. Castr. Palauim, vbi infra, &  
omnino videndum Cardinal. de Lugo de inf. tom. 2.  
disp. 3. 7. sect. 7. n. 7. 9. & seq. Villalobos in summa tom. 2.  
tr. 4. diff. 1. 1. num. 2. & 4.

8. Addit. ut bene obseruat Castr. Palauim.  
tract. 6. disp. 3. punct. 1. 3. num. 1. quod hæc denun-  
ciatio non tam ad punitionem delinquenter, quam ad  
præcaendum damnum, quod intendit inferte, or-  
dinatur. Ergo non est curandum, quod ipse de-  
linquens infametur, vel vexetur per denunciationem,  
hæc enim consequuntur per accidens; quod enim primò intendit, est defensio innocentis, vel  
boni communis. Neque obstat delictum probari non  
posse, ut sciens non teneatur denunciare, quia non  
denunciat, ut probet delictum, sed ut damnum im-  
pediat; quod per denunciationem impedit: & be-  
cet sufficienter per denunciationem damnum non  
impeditur, nihilominus deberes denunciare, quia  
per denunciationem aperis viam iudicii, ut inquit,  
& quærat media impediendi.

9. Notandum est tandem hæc obiter magnum ef-  
fe discriminis inter hæc crimina, quando sunt omni-  
no occulta, & improbabilia, & quando sunt occulta  
probabilis tamen; nam in hoc calo possunt de-  
nunciari Iudicii, ut iudicii, ut puniti; at in priori solùm  
possunt ei denunciari, qui posset prædicti, & non  
obesse, id est, iudicii tanquam patri, ut remedium  
adhibeat, non autem ut iudicii, ut puniti.

10. Sed nota hoc else limitandum quando hoc  
sufficit ad remedium; quando verò id non sufficeret,  
posset denunciari iudicii, ut iudicii, dicendo, me id  
probare non posse, sed ut iudex ipse ex suo officio  
prouideat, & inquirat. Imò quando crimen illud  
est occultum, & tendens in damnum priuata perfec-  
tio, ad quod cauendum nec sufficit monitio, nec de-  
nunciatio facta iudicii, ut patri: potest manifestari illi  
priuata persona, cui damnum imminet, & illa po-  
test dicere iudicii, ut iudicii, ut puniti. Et hoc  
omnia docet Sanchez in opere, tom. 2. lib. 6. c. 2. dub. 4.  
numer. 8. Nota etiam delicta pertinencia ad S. Offi-  
cium esse denuncianda, etiam sint occulta, &  
probari non possint; & contrarium asserere est cen-  
tura dignum.

## RESOL. LXVI.

Quando licet Prælato procedere via judicialis ad  
versus denunciandum? Ex part. 7. tractat. 3.  
Resol. 59.

§. 1. Prima sententia est Sot. in Relefi. de scis.  
membr. 2. quæst. 4. post concl. 7. vbi negat  
posse Prælatum infligere penas iuris ei, qui fratrem  
denunciatus conuincitur per propriam confessio-  
nem, aut per testes, si proponat, inquit, se corrigeat. Et  
paulò inferius concedit id fore licitum, si denuncia-  
tus sit pertinax, & incorrigibilis; & in hoc articulo,  
inquit, definit correctionis fratrem via, & in-  
cepit via judicialis.

2. Probatur hæc opinio, quia in Euangeli-  
o